

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Infernus h  
cum fonte primo

Quisquis ad toleranda inferni mala  
descenderit, nequaquam ulterius ad  
lucem redibit

quia nequaquam ultra misericordia  
parentis liberat quos semel in locis  
penalibus iusticia iudicantis dampnat.

Gregorius IX. moralium.

Illa uero simul miseriae et tenebrarum  
terra est, quia  
quisquis ad toleranda eius mala  
descenderit, nequaquam ulterius ad  
lucem redit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 9, 64  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.525,  
ll.11-13).

Vbi et recte subditur: *Non reuertar,*  
quia nequaquam ultra misericordia  
parentis liberat quos semel in locis  
poenalibus iustitia iudicantis dampnat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 9, 63  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.524,  
ll.24-26).